

CAROLIBOVILLI SANAROBRI
 Libellus de Diuinis Prædicamentis.
 Libri argumentum.



Prima genera quæ generalissima & prædicamenta logici vocantur: sunt deus, cetera. Substantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliqd, Actio, Passio, Vbi, Quid, Sit, Habit, Horum interrogata sunt. Quid, Quantum, Quale, Cui, Quid agit, Quid patitur, Vbi est, Quid est, Quomodo est, Quid habet. Et si igitur diuina substantia: quippe excellenter omnia transcendens, nullo prædicamentorum genere coercetur. (Nā & substantialis est & accidentibus caret. Et neque est substantia neque accidentis) in hac tamen deus rationes præfens libellus scrutabitur deque ea sigillatim rogabit: quæ sint omnium propria prædicamentorum. In primis autem a substantiæ prædicamento inchoantes:

percontabimur de deo quid est.

De prædicamento diuinæ substantiæ Cap. I.

Vid est deus?



Duo sunt quæ circa deum frustra interrogantur: si est deus: et quid est deus? Illud quidem ob summam euentiam: & cunctis peruiam, diuinæ substantiæ necessitatem. Illud vero ob ignorantiam & enodationis difficultatem dicam impossibilitatem. Nā sicut est summe necessarium & cunctis notum esse deum: ita maximum impossibile, scire & explicuisse quid deus. Dialecticorum rationabiles consequentiæ, sunt: necessarium inferri ex vniuersis. Impossibile autem ex nullis inferri. Ex his itaque consequentiis: rite satisficit postulantiibus, si est deus & quid est deus. Nempe quia summa necessitas est esse deum: hæc ex omnibus infertur, a deo vt nulla sit pars creaturæ, quæ si esse dicatur: illico deum esse non eliciat. Nam si est materia: deus est. Si elementa sunt. deus est. Si mineralia, vegetabilia & sensibilia sunt: deum esse oportet. Si est homo: non potest non esse deus. Si celi sunt hi deum esse testantur. Si angeli subsistent: vtique necesse est & deum esse. Hoc enim pacto omnis creatura suo auctori & creatori obsecuta: illum palam esse attestatur. Quapropter cum deum esse, nulli dubium esse queat: vt pote qui ab omnibus creaturis necessarie enūciatur: frustra quisquam interrogauerit si deus est, tanquam cuius esse, sit omnia creata substantia: certius, notius, euentius. Omnis enim contingentia: prioris, necessitatis est signum. Porro quæ facile deus ex omnibus esse probatur: tamen remur arduum: illum, quid sit, ex aliqua substantiarum scrutari. Nā hic & omnem substantiam et cuiusvis intelligentiæ captum transcendit: qui iuxta veridicum eloquium: posuit tenebras latibulum suum. Quid enim aliud est deum. latitare in tenebris: quæ illum transcendere omne nostre cognitionis, scientiæ & sapientiæ lumē. Hæc siquidem tenebræ vt diuino Dionysio placet: sunt in deo per excellentiam & non per priuationem accipiendæ. Nā tenebræ priuationis: lumini subsunt, quales hæc: quibus indoctas menses obsidetur, quas pure negationis ignorantiam nūcupamus. Excellentes vero tenebræ, transiunt lumē, ad quos non prius humana mens subuehitur: quæ ab imis tenebris & puræ negationis ignorantia in mediū lumē profecerit, ac tandem omnis scientiæ & luminis terminos transiliens: in densissimis tenebris ens penitus ignotum et nullo fulgore explicabile admiretur: quod scire ignorare est & ignorare scire. Quāto enim magis menses illi ignoto coniungitur: tātō se illius captu inferiorē esse videt. Simul illi coniungitur: & ab eo infinites abscedit, Vna & scientia & ignorantia mentis circa illud intenduntur. Nam maxime hæc mens deum nouit: quæ se illi scire & contingere non posse iudicabit. Quæ vero se deum comprehendisse gloriata fuerit hæc ad diuinum tenebrarum excellentiam perculsa esse cōfessum arguit. Vñ fit vt quæ admodum questione, si deus:

Duo de deo frustra interrogatur. Dialectica consequitur.

Quid deum latitare in tenebris

Que menses maxime deum nouit.

Illatio.

Diuinorum Medicamentorū

- diluire queas per omnia que sunt ita & interrogatio quid deus est: ex nullo ente discuti & exolui queat. Ambæ em̄ percunctationes de deo sunt vt omne & nullū: vt necessariū & im̄ possibile: vt lux & tenebrę. Quāobrem vtrunq; velut cassum irritum & inane: iudicauim⁹
- Discuti⁹** nō esse percunctādū. Deus em̄ nec est ip̄a rerū ima & abiectiss̄ ima potentia, nec elem̄aris diuinarū substantia nec subsistens est, nec viuens: nec sentiens: nec rationis particeps: nec est sphaera negatio- mundi, nec cælestis intelligentia: nec mens: intellectu, ratione & omni cognitione superior num. Superest igitur vt post denarratum eorum omnium que sunt ordinē: quo ab imo ad sum- mum progressū: nullum eorum deo posse inseri docuim⁹: in extremum nihil, quod cunctis subest relabamur, dicentes deum ob naturalis substantię immensitatē: magis cui dā nihilo & puriss̄ imē entium negationi, q̄ cuius positioni & assertioni euadere similiorē. ¶ Et si ob- iecerit quis deum ī sacris eloquiis, semetip̄m diffinisse dicendo: Ego sum q̄ sum, dicim⁹ hęc non esse diuinę substantię inexplicabile quidditatē. Attamen haud ab re diuinā substanti- am: per geminatum & reduplicatum esse: humanis mentibus, seip̄am insinuare voluisse.
- Obiectio** Geminatum em̄ & reduplicatū esse voco: quod semel positū & assertū in subiecto: seip̄m in predicato, iterat, replicat, resumit. Vt Ego sum qui sum: deus est qui est. Id enī enūciādī ge- nus inchoat ab esse & finit̄ in esse. Nihil insup̄ alteritatis, dissimilitudinis, priuationis aut negationis admittit: sed pōia exprimit summī entis vniformitatē, simplicitatē, puritatem edocens id esse absolutū, vere ens, ab omnibus exceptum, nullius indigū sibi æterne socia- tū, in se reflexum, sese complectens, astans sibi ip̄si, assertēs semetip̄sum. ¶ Sed cōplures ad eā diuinā enunciationē Ego sum qui sum: exoriunt̄ dubietates. In primis cur magis p̄ esse, de⁹ seip̄sum finiuit: q̄ per vitā, aut sensum, aut rationē, aut intelligentiā, aut mentē, quā doqui- dem hęc, ip̄o esse sunt prestantiora: & ip̄i deo propiora ac similia. Esse enī cunctis istis sub- est. Nā menti, subest intelligentia. Intelligentię, ratio, rationi sensus: sensui vitā, vitę essentia: quā deus, potius q̄ vllum superiorē actū sibi met̄ ascripsit. ¶ Dicim⁹ igitur quattuor de- causis: diuinitatē per essentiā seip̄sam expressisse: Prima: quia cunctis superioribus actib⁹: & cōmuniō & notior est essentia. Nam ceteri actus: ipsa essentia, rariōres & infrequentiores sunt. Secunda: quia essentia ceterorū actūū fundamentū, radix & origo. Inchoamus em̄ ab essentia tanq̄ ab vna radice: cunctorū actuum arbusculā: q̄ per vitā, sensum, rationem & in- telligentiam: vsq; ad excelsissimam diuinę beatitudinis mentē: virentes ramusculos pren- dit. Nimirum igitur deus q̄ oīm radix, fundamētum & origo: per essentiā tanq̄ per onniū actuum radicē seip̄m explicuit. Tertia: quia negatiua theologia: magis nos inserit deo q̄ af- firmatiua. Atqui negatiua theologiā propriū: ab his in deum nitī & pficisci: que dissimili- ma deo videatur, quē admodū assertiue theologię proprium, his incumbere: q̄ vicina, simil- lina & proxima deo sint. Quarta quia p̄ essentiā: textū simplex & vniformis enūciatio, q̄ est Ego sum qui sum: in qua idē est esse quod dicīt & de quo enūciat̄: idē subiectū: idē predica- tū. In ceteris aut̄ actib⁹, hęc enunciationis vniformitas & extremorum similitudo: nequa q̄ seruat̄. Nā si dixisset deus ego sum q̄ viuō: aut q̄ sentio, aut intelligo: hic vtriq; seip̄m dispa- ri ac dissimili enūciatiōe explicuisset: enuncians de essentiā, dissimilē actū: vt vitā, vel sen- sum, vel intelligentiā. Cōmodius igitur hic seip̄sum per reduplicatum esse expressit: dicēs ego sum q̄ sum. ¶ Alia vero hinc dubitatio emergit: an per eā enunciationē ego sum q̄ sum diuina cōuersio insinuet̄: Dicim⁹ diuinę trinitatis mysteriū seu diuinā cōuersionē: sub hoc enunciandī modo retēgi & adaperiri. Non per p̄nomen ego, quod est subiectū eiusce enun- ciationis: patris persona referat̄. Per verbū vero sum, quod predicati locum supplet: filii per- sona intelligenda. Per reduplicationem aut̄ qui sum: spiritus sanctus (qui reflexio diuinī ra- dii & reduplicatio eiusdē) adaperit̄. Nam diuina conuersio: a patre in filium digredies filii
- Dubie- tas.**
- Respōsio**
- Alia du- bietas.**

tur in spiritu sancto. Postrema vero que emergit dubietas est. Si hac enunciatio Ego sum qui sum: deum eximit a creaturis: erunt creature dicende, que sunt & non sunt. Sicut enim deus est ens quod est: ita & creature, erunt entia que non sunt. Sed quomodo contradictoria simul: de creaturis enunciari queant? Dicimus deum esse ens quod est: id est quod vere est. Creaturas autem esse entia que non sunt: id est que de nihilo, de non esse, de non ente, ad esse: diuina virtute prodierunt. Per id igitur quod est ego sum qui sum: diuina inuisit substantia, a cunctis creaturis excepta. Et tamen ex opposito, per ens quod non est: nulla in creatis substantiis inducitur pugnantia aut contradicentium copula. Ceterum reperimus etiam a sacris eloquiis: principum demonum, applicari nomen entis quod non est. Nam in Iob decimotertio id habet. Habitent in tabernaculo illius, socii eius qui non est. id est immundorum spirituum caterua: que cum suo principe, e caelis precipitata in hunc mundum ruit. Per eum quippe qui est & non est: intellige totius apostasie ducem, demonum primatem, qui relicto eo calle que ad bene beatum esse se dirigit: eum sequutus est, qui ad non esse perducit. Tanta de diuine substantie predicamento dixerim: in quo septena entium genera collocamus. Materia, Essentiam, Vitam, sensum, Rationem intelligentiam ac diuinam mentem, Nunc vero in diuinam enucleandam quantitate perficiscamur.

Tertia dubietas

Responso

Iob. xiii.

De diuina Quantitate, Cap. II.



Quantus est deus?

Immensus: & substantia & duratiōe. Immensitate diuine substantie: appellamus infinitatem. Immensitate vero duratiōis eternitatem. Deus eius & infinitus & eternus est. Infinitus ut incontractam habes substantiam: & substantialibus terminis liber.

Aeternus vero, ut ante omne principium, ut in omni medio subsistens: & post omnem periodum futurus. Couertitur enim eternitas, cum immensitate substantie. Sed obiicere deum quantum non esse: ideoque frustra interrogari, quantum est deus: nec ullam huic percunctationi rationem adhibendam: respondemus deum quantum non esse: habitu sensibilis & corporee quantitates: que diuina inhearet substantie. Hoc enim quantum: sensibilem duratam substantiarum proprium. Nam diuina substantia, nullorum accidentium inhesionem & permixtionem ceseatur obnoxia. Ceterum aduertenda est qualis questionis: quantum est deus: rationem adhibuimus, respondentes deum esse immensum. Immensus quippe quantitas non est: sed totius quantitates exuperantia. Quapropter idem sit, deum esse immensum: & deum non esse quantum. Deus enim neque habitu quantitates: ut inferiora corpora, quantum est, neque eo modo: quo angeli & rationales anime. Nam horum substantie, & si expertes quantitates: finitae tamen sunt. Diuina vero substantia: & expertes quantitates & immensa.

Obiectio

Porro sicut in diuine substantie predicamento: ita & in isto, ea sunt recedenda que ad diuinam quantitate spectent: cuiusmodi sunt hec continuum, discretum, unum, multum. In his enim que dam quantitates contrarietas: aperte designat. Nam differentie continui: magni & parui. Extrema vero discrete quantitates: unum, multum. Dicimus igitur quoniam in deo, magis est reperire discretum quam continuum: magis numerum, quam magnitudinem. At tamen si continuum pro conuicto sumis: tam continuum quam discretum, in deo reperiri annuimus. Nam conuictio diuina: unitas est & substantialis nodus trium personarum. Diuina vero discretio: numerus est & personalis trinitas earundem. Deus enim & conuictus & discretus est: conuictus quidem in substantia discretus vero in persona. Unus item in substantia: trinus in persona. Unum igitur & trinum: diuinae sunt quantitates. Unum siquidem: quantitas diuinae substantie. Trinum vero: quantitas diuinarum personarum. Unicus enim deus est & hic trinus. Unde fit ut ipsum unum, sit posterius ente: quemadmodum & quantitate, precellit substantia. Nam ens seu diuinum esse: in substantie predicamento locauimus. Unum vero: in presentis diuine quantitates genere reponendum.

Ens primum
Vno

Diuinorum Medicamentorum

Etenim questio si est deus: longe prior est ea quae scrutatur: an sint multi dii: vel an tantum vnus deus: quare & entis ratio: vnus ratione simplicior & prior. Nulli etenim circa esse dei hactenus errasse tradunt: qui esse deum addubitare ausi sint. Vnicum tamē deū esse quot secula, quot nationes latuit: Nos autē deo vnitatem & numerū, vni & trinum inserētes: ab eo multū secludim⁹. Nam id cōtrariū est vno. In deo autē contrarietas nulla. Vnū quippe dei coniunctio est & copula diuinā substantiē: quā vllō pacto diuelli: aut multiplicem euadere posse negamus. Diuinus em̄ numerus, sic in diuinā substantia arcanus & abdit⁹ esse coniciendus: vt illam nequaquā secet in plura: vt ve illā nō dispartiat. Et neq; hic numerus aduersatur vnitati: neq; vnitās numero. Est quippe numerus in deo discernens: nō diuidens. Est vnitās in eo coniungens: nō confundens. Hacten⁹ de diuinā quantitate. Nunc in diuinas qualitates transeamus.



De diuina Qualitate. Cap. III.

Valis est deus?

Bon⁹, pulcher, sapiēs, in oībus pfect⁹. Nā p̄cipue & cōmunissimē diuinā rariū q̄litatū sunt bonitas, pulchritudo, sapiētia: e q̄b⁹ diuina pfectio elicēda. Sit autē semel dictū, p̄ oī diuinoꝝ p̄dicamētoꝝ genere: diuinā substantiā

puram esse & a cunctis actibus immunē. Qua de re sicut deū sensibili more quantū non esse p̄monuimus: ita & imp̄sentiarū intelligēdus est deus, nō esse qualis. Etenim per inhāsiōne verē & accidentariē qualitatis: diuinā substantiā diceret alicui permixtioni & alteritati obnoxia. Diuinę quippe & quantitates & qualitates: iuxta rei veritatē a diuinā substantiā nequaquā eximunt. Nostre tamē mētis secretio: in diuinā substantiā huiuscemodī quantitates & qualitates effingit. Sed cur bonitas, pulchritudo, sapiētia sint p̄cipue diuinā rariū q̄litatū: opere p̄ciū est edisseramus. Qui de moribus tractant: cū de bono loquūtur, trinitē illud diducunt. Aliud em̄ dicunt esse necessariū bonū: quod vtile vocant. Aliud iucūdū & delectabile. Tertiū vero honestū. Virtutē istud appellamus. His igit̄ tribus bonis: respōdet quas enumerauimus, diuinę qualitates: bonitas, pulchritudo, sapiētia. Nā bonitas sicut necessaria: ita & pulchritudo iucunda & sapiētia honesta. Bonitas cunctis rebus substantiā & esse primū impartit: quo nihil æque necessariū. Sublato namq; a rebus ip̄o esse primo: mox vniuersa eis adimunt. Quod em̄ non est: quomodo pulchrū aut sapiēs erit? Sicut contingit substantiā: esse quidem absq; accidente: accidens vero p̄ter substantiā reperias nullum: ita & bonitatē totius substantiē indultricē, p̄cedesse his oportet: quæ pulchritudinis & sapiētie nō sunt expertia. Bonitas sola: arcanos diuinę substantiē thesauros, extra illam profudit. Bonitas diuinā sustulit infecunditatē. Bonitas diuinitatis valuas: q̄ immēso antea æuo clausę, latentē deū obtexerant: patefecit. Hęc deū vt & intra se & extra se p̄ficere retur instigauit. Hęc & interiorum & exteriorum diuinorum processuum & progressionū causa. Bonitate pater genuit filium. Et pater ac filius vna protulere spiritum sanctū. Rursum deus pat̄i bonitate: in suā vnitatem trinitatis & in personarum suarū cōmunitate, creatum mundum. Vnde fit vt bonitas: ninirū tanq̄ fons & origo vniuersorum, tanq̄ totius substantiæ indultrix & sui ipsius propagatrix: paternæ personæ respōdere videatur. Expliat em̄ bonitas ipsa: pat̄is proprietatē, naturā, qualitātē. Nam pater fontana deitas & prima diuinarum personarū: sui propagatione filii gignit. Sicut autē bonitas pat̄i & paternæ deitatis: ita & pulchritudo filio conferenda. Est enim diuina pulchritudo, immēsus quidam paternæ imaginis splendor: & amabilis claritas, totius diuinæ congruentiæ: relucens in persona filii: tanq̄ in arcano & eterno pat̄is obiecto. Nam pater qui vt potentia est: natu

Morale
bonū tri-
num.

Laudes
bonitat.

Bonitas
pat̄i re-
spōdens.
Pulchri-
tudo si-
lio confe-
renda.

rale sui obiectū id est filiū gignit: cuius decore & pulchritudine oblectat⁹: eterna illius & generatioe & speculatioe tanq̄ proprii vult⁹ agnitione nunq̄ feriat, ociatur, marcescit. ¶ Porro sicut bonitas patri & pulchritudo filio: ita & sapientia spiritui sancto venit inferenda. Vera siquidē & cōsummata sapientia haud tam in substātia & habitu: q̄ in vtriusq̄ actu cōnexionē & operatione consistere p̄batur. Sicut em̄ simplex substātia, absq̄ vllō habitu imp̄fecta & cōsummata: ita substātia & habit⁹ absq̄ sequēte opatiōe arguunt ociosi. Habit⁹ q̄dē p̄ficiat priorē substātiā. Sequens vero operatio cōsummat vtrūq̄. Mēs absq̄ luce & habitu discipulīne est quidē interdū: idōcta tamē est & impotēs cōtemplari. Prēsenti vero luce & habitu scientiē: et si iā cōsummata & cōtemplari potens videat: absq̄ tamē ipsius cōtemplatiōis actu: ociosa, inanis & irrita manet. Haud est itaq̄ vera sapiētia, habit⁹ solū substātiē aut scientiē: sed prēsenti actiōis ab vtroq̄ p̄ficiētis. Neq̄ is vere sapiēs est: q̄ aut solā mentē habet, aut scientiē habitū: sed qui eū habitū, nō finit ociosum. ¶ Cū em̄ sint tres hūani animi portiones, Intellect⁹, mēoria, volūtas: verā sapiētiā, nō in actu intelligētīe, id est in acquisitione specierū: neq̄ in actu mēoriē, id est in eā retentiōe: sed in actu voluntatis, quā cōtemplationem vocam⁹ locare oportet. At vero intelligētīā patri & mēoriā filio: & volūtatē spiritui sancto respondere nō ignoram⁹. Est itaq̄: verē & cōsummatē sapiētiē p̄prietas: rite spiritui sancto inferēda. ¶ Sed instabit aliquis ipsum sapiētiē nomen filio, a sacris eloquiis impingi: frustra igitur illud in spiritui sanctū transferri: Dicim⁹ filiū esse diuinā quidē sapiētiā: sed vt habitū & mēoriā. Spiritū vero esse cōsummatōnē diuinē sapiētiē: & velut mediā volūtatē actionē, id est cōtemplationē: ab intelligentiā & mēoria, a substātia & habitu p̄ficiētē. Est em̄ pater vt substātia diuinē mētis: Spiritus sanctus vt actio eiusdē. Pater vt esse, Filius vt scire, Spiritus vt cōtemplari: qui est actus vtriusq̄, ab esse & scire p̄ficiēs. Pater vt acquisitio, Filius vt retentiō, Spiritus vt mediā functio. Nā deus est in patre, nouit seipsū in filio, meditatatur in spū sancto. Sunt igit̄ hęc tria: bonitas, pulchritudo, sapiētia: velut p̄cipuē & primā diuinā qualitātū: vt pote quē diuinās personas, rite definiant: eā p̄prietatibus congruentes. In his autē tribus diuina perfectio claudenda: quandoquidem nulla, nisi in trinitate sedere perfectio reperitur. Sed ab his: in diuinās relationes cōmigrandum.

Sapiētia spū sancti

Quis vere sapiens.

Instātia Rūfio

De diuina relatione, Capitulū, III.

Vius est deus:



Pater filiū, Filius patris, Spiritus vtriusq̄, Creator mundi. Nam diuinę relationes: aut sunt intra deū, aut extra deū sumendę. Intra deū: diuinę totius discretiōis mēbra seu personę, adinuicē dicuntur: quib⁹ singulis, diuina cōgruit appellatiō. Diuinū quippe nomē: & patri & filio & spiritui sancto cōmune. Etm̄ pater de⁹ est: fili⁹ deus, spiritus de⁹. Et nō modo diuinum nomē, oībus cōmūe p̄sonis: sed & diuinę quātitates & qualitates eque ad tres p̄sonas enunciant. Oēs em̄ personę immēse sunt, oīes equeales. Et rursū omnes bonę, oēs pulchrę, oēs sapiētes, omnes cōsimiles. Nam iuxta rationē triū superiorum p̄dicamētōrum: nihil est propriū aut peculiare tribus p̄sonis: quod vni quidē in sit et aliis non. Sunt enim superiora p̄dicamēta: genera diuinā cōmunitatū. Prēsens autem relationis gen⁹ diuinā p̄sonarū inconfusa & incōmunicabiles proprietates exponit. Nomina etenim diuinā p̄sonarum: singulis propria insunt: quę nec inter se conuertunt: nec p̄mixtim aut cōfusę de variis personis enuntiantur. Paternum em̄ nomē fontanę deitatis: et nullius alteri⁹ p̄sonę censeatur propriū. Filialis appellatiō: nulli q̄ secundę p̄sonę congruere credatur. Spiritus vero sancti nomen: haud aliā q̄ terciā personā, quę est sacra quædam extremarum emanatiō: enūtiare pōt. Ex mutua igitur trium personarū collatione: diuinę relationes sca

Diuinorum Medicamentorum.

Personarum nota relatiua sunt. tuius: quibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem & Spiritus ad utrumque: id quod sunt dicitur. Nam pater nunc nomen de fontana deitate: nequaquam per se, circulariter, absolute: sed circumscripse, in re et a linea & consideratione filialis personae enunciat. Et eodem pacto nomen filii: de secunda persona, ad primam. Nomen quoque spiritus sancti: de tertia, ad utrumque. Haud enim Pater: Pater est ad seipsum, Neque Filius ad seipsum Filius: aut Spiritus: sui ipsius afflatus & spiritalis emanatio. Nam Deus ut gignens, Pater: ut genitus, Filius: ut procedens vero: Spiritus sanctus appellatur. Animaduertendum porro has relationes: haud eodem modo simpliciter dici. Etenim pater id quod est, Filii quidem dicitur: non tamen id quod est habet a Filio, Filius vero id quod est & Patris enunciat: & habet a patre. Spiritus item id quod est: & utriusque censetur & habet ab utroque. Extremae autem personae neque id quod sunt ducunt a media: neque id quod dicuntur, ad mediam enunciantur. Nam Pater & Filius: non sunt Pater & Filius, Spiritus sancti: utpote qui nec gignunt Spiritum sanctum nec gignuntur a spiritu sancto. Etenim cum Spiritus sancti sit a patre & Filio uniformis emanatio: deest nobis commune nomen, quo indispares ab utroque ad Spiritum proprietatem & relationem insinuet. Est autem praeter has & alia quaedam diuina Relatio: communiter in tribus personis extrinsecus accipienda, quae collatione mundi, creatoris nomen deo ascribit. Nam deus ut creator: haud quae ad seipsum sed ad mundum enuncians. Haud enim deus: creator aut conditor sui ipsius dicens. Et neque rursus unius diuinae personae ad aliam: creatoris congruit appellatio: quandoquidem tres personae: sunt si biniuocae & duratiue coeternae: & substantiae coequales. Quapropter haud ab re diximus diuinas relationes: aut intra deum, aut extra deum esse sumendas. Nam intra deum, sumuntur relationes: Patris, Filii, & Spiritus sancti. Relatio autem & appellatio creatoris, extra deum supra: illum diuerso enti & penitus inconstituta ut mundo confert. Et haec summa dei relatio: nequaquam per creaturam: aut dignitate aut ignobilitate variatur. Haud enim deus ut substantiae largitor: aliter ad angelum, aliter ad hominem, aliter ad sensibilia entia se habet: sed qui uniuoca & uniformi actione id est creatione, omnia de nihilo produxit: is eque est omnium creaturarum creator & uniuersorum deus appellandus. Sed iam diuinae nos actiones: de seipsis sermonem facturos praestolantur.

De diuina actione, Cap. V.

Vid agit deus?



Q gignit, spirat, creat, conseruat. Omnis enim diuina actio: aut constitutiva, aut inconstitutiva est. Constitutiva sunt: gignere, spirare. Inconstitutiva vero: creare, saluare. Propriae item diuinae actiones sunt generatio & afflatus. Communes vero: creatio & conseruatio. Propriae siquidem vocantur quae minime toti & communiter sumptae diuinitati: sed certis eius personis ascribuntur. Nam generatio nequaquam est actio totius indistinctae diuinitatis sed solius patris, qui solus Filium gignit. Similiter & diuinus afflatus spiritalisue emanatio: haud competit toti & coniunctae diuinitati: sed extremis tantum personis Patri & Filio: a quibus Spiritus sanctus procedit. Communes autem dei operationes dicuntur: quae ad nullius personarum proprietatem, sed ad totam diuinitatem referuntur ut creatio uniuersa & conseruatio eiusdem. Est autem inter proprias dei actiones haec differentia: quod generatio ordine praestit afflatus, quod generatio est unius ab uno productio. Afflatus vero unius a duobus emanatio. Generationis extrema sunt Pater & Filius: hic genitus, ille gignens. Extrema vero secunda diuinae actionis quam afflatus appellamus: sunt ex parte una Pater & Filius, & ex parte altera Spiritus sanctus. Hic quidem ut prolatus & emanans: illi vero ut proferentes. Nam Pater & Filius: haud quae velud diuersa agentia, Spiritum afflant: sed ut unicum agens una simul aequaliter eundem spirant. Est quaeque varia videantur esse actiones, generatio dei & afflatus dei: ambas tamen nomine uno complectentes theologi, diuinam conuertunt.

Quae propriae dei actiones.

Quae communes. Dicitur propriae actionis.

sione vocant. Qui em̄ diuinā spheram seu diuine mentis reuolutionē nominat: vtrāq; con-
 substantialē dei actionē signat. Quo nāq; modo diuini fecūdissimi radii ab eterno sese con-
 substantialiter cientis, pfecta & cōsumata erit latitudo: nisi hic qui directione sui, a principio &
 fontana deitate digredit: reflexiōe sui, in ip̄m principiū reuocet! Quapropter oīs diuina cō-
 substāntialis actio: diuini radii directione & reflexione explicat. Nā eiusce radii directio filiū:
 reflexio vero sp̄m pfert. Qui em̄ primit⁹ a patre radi⁹ emergit filiū gignēs: dū a filio recipro-
 cus, i patre recurrit: eidē, pari quo resilit radio a patre occurrit. atq; ad hūc modū reflexionū
 in medio cōcurrētia: sacer sp̄s & amboꝝ emanatio appellat: diuinā spherā gyrū & reuolu-
 tionē cōplēs. Tāta de cōsubstāntialib⁹ dei actionib⁹: quib⁹, si incōsubstāntiales actiōes cōtu-
 lerimus: has vtrūsq; differētia inesse reperiem⁹: q; cōsubstāntiales qdē diuine: naturales actio-
 nes vocantur, incōsubstāntiales vero volūtariē. Nā de⁹ q naturaliter intra seipsum pficiscit:
 volūtariē demū extra seipsum pfectus est. Cōsubstāntiales sunt ab eterno: incōsubstāntiales
 ab initio secundū eū: id est a primo instāti creatiōis vnīuersoꝝ. Cōsubstāntiales actiōes: de
 nihilo nō sunt. Incōsubstāntiales autē: aut de nihilo oīa pepererūt: aut eoꝝ quē de nihilo facta
 sunt, aliq; cōseruāt. Cōsubstāntiales spectāt ad esse dei, incōsubstāntiales ad esse mūdi. Cōsub-
 stantiales sunt pgressiones diuini radii intra diuinā substāntiā: incōsubstāntiales autē eiusdē
 radii, extra diuinē substāntiē septa pfusio. Cōsubstāntiales: ens de ente, idem de eodē, infinitū
 de infinito, æquale de equali, lumē de lumine, simile de simili pducūt. At incōsubstāntiales
 ens de non ente, diuersum ab eodē, finitū ab infinito, inæquale ab æquali, lumē de tenebris,
 dissimile a simili: aut pferūt aut cōseruāt. Cōsubstāntiales actiōes: aut sunt vni⁹ ab vno: aut
 vnū a duob⁹ pductio. Incōsubstāntiales vero, vnū a tribus (quē tamē vnū sunt) aut pro-
 ductio aut cōseruatio. Est em̄ mūdu: opus diuinaꝝ triū psonaꝝ. Post hec vero: nos in diui-
 nas passiōes transferamus.

De diuina passione. Cap. VI.

Vid patitur deus?



Nihil. Nā diuina substāntia: vt actus simplex, vt nulli formę seu substānti-
 tiali seu accidentariē subiecta: impassibilis manet. Agit quidē hec & in-
 tra se & extra seipsam. Attamē neq; a seipsa, neq; ab extero vllō ente: pa-
 titur quicq;. Quā de re haud oportet oēm actionē, cōuerti cū passiōe
 & annexam esse passiōi. Etem̄ primogeniē actiōes quę substāntiā & esse
 impartiuntur: hec a passiōib⁹ separant. Nā deus pater, dū filiū gignit pfecto agit: hanc tñ
 actionē nulla comitatur passiō. Haud em̄ filius patitur a patre: cum gignit ab eodē. Insuper
 Pater & Filius, afflantes Spiritū: agunt: sed hæc eoꝝ actio: est a passiōe separata. Et nō mo-
 do ppriās & consubstāntiales dei operationes, intuebere abiunctas esse a passiōibus: sed &
 ipsam pariter creationē vnīuersi. Creans em̄ deus vnīuersa de nihilo, egit aliquid: nihil ra-
 men in ea creatione, a diuino actu passium reperias: quādoquidē ipsum nihil, in creatiōe vnī-
 uersoꝝ: passibilis materiē vicem suppleuerit. Quod aut nihil est: quopacto illud a diuino
 actu quicq; passium dicitur: Est itaq; & interior dei actio & exterior: liberā, absoluta, a passio-
 ne separata. Cæterū percōtabitur aliquis: an nulla diuina actio sit cōiuncta passiōi. Di-
 cimus plerāsq; esse diuinas actiōes: quę passiōibus annectant. Oīs em̄ sensibilis forma quā
 creat de⁹: hāc indit materiē, vt essentiā, vitā, sensum, rationē. Hæc igitur formarū a diuino
 actu pductionē & i materiali subiecto receptionē: quis a dubitē esse diuinā actiōis, passio-
 ni sociatam: Hoc em̄ pacto agente diuino actu, aliquid patitur: id inq; cui naturales formę
 cōmēdant: id est materia, cūctis sensibilib⁹ formis subesse nata. Alius est em̄ diuinus actus
 agens, efficiens, naturales formas pducēs: Alię naturales formę, quę ab eo pducunt. Aliud
 materiale subiectū, quod illas suo in gremio capit. Naturales quippe formę: considerationē

Nō oīs actio est annexa passiōi

Interrogatio,

Diuinorum Predicamentorū.

Substan- diuini act⁹, actiōes: relatiōe autē materiē passiōes vocant. ¶ Quapropter triplex inde substantia
tialium lium actū depromit⁹ ordo. Alius em̄ est actus actū: qui & a nullo producitur & in nullo re
actuū tri cipitur: seu qui null⁹ est actio: nullius & passio vt diuin⁹. Alius vero medius actus: q̄ ab ali
plex or quo quidē p̄ducit⁹, sed recipit⁹ in nullo: seu qui alicuius est actio & nullius passio: vt angeli
do, cus. Nā hīc a diuino quidē actu plat⁹: nulli materiē aut subiecto natus est coherere. Terti⁹
 aut postremusve substantialis actus: & ab aliquo profertur & in aliquo receptatur. Est item
 & alicuius actio & alicuius passio: vt oīs sensibilis actus, quē deus haud aliter q̄ in materia

Quadru creat. ¶ Et si inter horum triplicium actuum sortem: extremā rerum faciē, id est materiā cō
plex etiū numeres: habebis ex natura actiōis & passiōis, quadruplicem eorū omnīū quę sunt varia
sors, tem. Primū quippe entīū: id est deus: neq; actio, neq; passio est alicuius. Secundū vt angelus
 est actio, sine passiōe. Nulli quippe subiecto passiōe: angelicus actus infert: Tertium vero
 genus entīū, vt sensibilis actus: est & actio & passio. Actio quidē dei: passio materiē. Quar
 tum deniq; sup̄mūq; genus entīū vt materia: licet a diuino actu p̄creata sit, & eius vocetur
 actio: quia tamē ip̄a, cunctis actibus subest: & sensibiles act⁹, in semetip̄a capessit: hęc meri
 to vt solum patiēns & nihil agēs, passio sine actiōe vocari potest. ¶ Constat igitur ex his q̄

Illatio, recensuimus: quorū sint pp̄rie affirmationes & negationes, actiōnū & passiōnū. Et oēs qui
 dem actus: suapte natura impassibiles esse. At tamen alios nulli, alios alicui inferre passiōe
 Nā diuinus & angelicus, semp̄ liberi & absoluti: nulli per se aut seip̄s inferūt passiōem.
 Ceteri autē actus, quos sensibiles vocamus: inferūt passiōe materiē. Materia porro nulli
 passiōe infert: vt pote quā in nullo subiecto recipi nata: censetur vitima linea reḡ. Sed his
 abunde dictis: iam de deo, ybī sit: ad p̄dicamentalem diuini loci enodandam rationē per
 contemur.

De ybī siue loco dei. Cap. VII.



Vbi est deus?

Vbiq; nusq; supra vtrūq; excellenter locatus. In oībus est, in nullis est.
 Et neq; in omnibus neq; in nullis: vt pote ab oī & nullo, eminenter ratio
 ne suę immēsitatis exceptus. Nā deus & maximus & minim⁹ est. Coin
 cidūt quippe ī deo, duo quęuis extrema: tametsi latissime distātia. Qui
 em̄ omnē extremitatē lataq; reḡ spacia in seip̄so p̄ambit: is & oēs earū

Diuus terminos apprehēdit: existens ante omnē principiū & post omnē periodū futurus. Is item a
Augusti maximo, ad minimū rep̄te discurrens: idē est, in vtrāq; reḡ extremitate: neq; maior in ma
nus, ximo, neq; minor in minimo. Nā vt diuus Augustin⁹ ait. Omnipotēs excelsi dextera: crea
 uir in cœlo angelos, in terra vermiculos, nō tamen maior in illis: neq; minor in istis. Eadem
 em̄ immēsitās & plusq; oīpotentia dei: sicuti & maximas & minimas de nihilo cōdidit crea
 tura: ita & eadē cūctis eodēmodo p̄est in maximis minima, in minimis maxima, in vtrif
 q; vtrūq; in vtrifq; neutrū, in oībus a qualis, in oībus oīa, in cunctis nihil. ¶ Qui igitur deū

Deus vt maximū vocat: hunc in nullis locatū reperiet: vt pote cuius magnitudinē & oīa trāscendē
maxim⁹ tem immēsitatē: nihil cōcipit, capessit, intra se cōcludit. Nam id in nullo esse potest: in quo
in nullis omnia versantur. Deo autē vt maximo: oīa inesse oportet. Deus itaq; vt maximus, in nul
est, lis est. Qui veto deū minimū dixerit: hic deū a nullis eximit substantiis: sed eius atomū cū

Deus vt cūta peragrante & in oīum viscera miro acumine penetrante: cūctis reb⁹ inserere p̄bat. Hoc
minim⁹ pacto summus ille deus: in quadā rationis atomo cūctis rebus naturaliter insita & a nullis
manet, excludi potente diffinitus: dicitur abyssum scrutari & abscondita tenebrāq; intueri: huma
 na item corda rimari & inspector esse arcanaq; mentis cogitationum. Et nihil absconditum
 esse oculis maiestatis eius. Nam quomodo deum quicq; latebit: cuius atomus exenterans

ac difsecans omnia in cūctis castrametā: pertingēs vsq; in fundū & extremū abyssi. Simul in summis & in imis residēs: vna in excelsō cœlorū fastigio supremisq; mundi cardinibus: & in imo terrarū orbe ac mūdi meditullio collocata. Est itaq; de⁹ vt maxim⁹ in nullis: vt minim⁹ in oib⁹. ¶ Et rursū vt maxim⁹ in oib⁹ est: quādoquidē illi⁹ maximitas & interminā amplitudo: oib⁹ adest, oib⁹ p̄sens est, per oīa se fundit. Et vt pariter minim⁹ in nullis est. Nā qđ minimū est: a nullis videti cerni & prehēfari p̄t: idq; etiā suapte minimitate, mobilitate & fugacitate: perfacile ab oib⁹ elabit: cūctorūq; captū diffugit ac deuītat: se ab aliquo cōphēdi & absorberi nō finit, oīa latet: cūctis inuīū & icognitū manet: in nullis ob sui paruitatē sisti, stare & residere p̄t. ¶ Et quī vltērius nosse velit, quopacto deus. & vbiq; & nusq; esse dicatur: in mēoriā reuocet hanc promulgatissimā dei circūlocutionē: quē diuinā substā tiam in sphaera cōscribēs: dicit eā esse cuius centrū vbiq; & circūferētia nusq;. Si em̄ deus est & centrū & circūferētia: is vt centrū vbiq; est & vt circūferētia nusq;. Et rursū deus vt centrū est super vbiq; excellenter. Nā dicere deū vbiq; esse: diuinā infinitatē nequaq; attestatur. Quādoquidē vniuersi moles deo cōparata nullius sit quantitatis & magnitudinis. Est & eodem argumēto deus ipso nusq; esse excellētior. Suprema nāq; mundi latitacō ac sphaera quæ omne corpus circūābit & oēm locū app̄hendit: ei qđ est nusq; esse adēquatur: vt pote quē sola terminus est & materialis extremitas oīum locorū. Hanc tamē liquet quāta altitudine & q̄ nulla p̄portione diuinā imēsa sphaera trāsiliat. ¶ Ex his igit̄ elicimus deum vbiq; & nusq; esse: & rursū supra vtrūq; excellentē. In oibus itē & in nullis esse: a nullis claudī & a nullis excludī. ¶ Ceterū scrupus inde ingeritur. Si deus & vbiq; est & nusq;: cur ab Aristotcle Philo sopho dicit̄ primus motor deus sedere & esse in circulo: id est in equatore: potiusq; in vtro uis poloꝝ. ¶ Dicēdū id cōtingere p̄pter differētiās velocitatis & tarditatis: per quas cœlestes lationes ac gyri: magis aut minus vitales esse arguunt. Si em̄ oīs motus & p̄prie substā tie agitatio: est vita quēdā (nā vitē expertia vt mineralia nequaq; se dimouere queūt) tanto magis hęc viuūt substātia: quāto velocius rapidiusq; circa terrā agitatur. Quāto vero tardiores gyros agit: tanto minoris vitē particeps a vitali virtute elāguēscit. Hinc diuin⁹ motus decimæ sphaere p̄prie: quotidie circa terram integrū gyrū agens, cūctorū vitalissimus euadit: cunctas inferiores sphaeras corripēs, & nullā supra se lationē admittens. Et nō modo in diuersis orbibus ac sphaeris hęc intentioris & remissioris vitē differētia reperit̄: sed in partib⁹ eiusdē sphaere. Nā in aliis quidē partib⁹ vita intēdit vsq; in summū. In aliis vero penit⁹ obmutescit. Nā quis ignoret summam esse in equatore decimæ sphaere velocitatē & intensissimā vitā: Et ediuerso in polis eiusdē ob summā tarditatē vitā penit⁹ elāguisse emortuā q; esse quis nō videat. Si igitur in sup̄ma mūdi latione vt in decima sphaera reperit̄: vita & mors: vita quidē in medio: vt in equatore, mors vero ī extremis id est in vtroq; poloꝝ: de⁹ autē est vita vniuersi: rationabiliter in equatore potiusq; in vtro uis poloꝝ scrutatus sit Aristoteles primū motoris totiusq; vitē authoris sedē. Virtutis em̄ locus: satius in medio, q̄ in extremis vestigādus. ¶ Alius vero scrupus enascitur. Si vita deus est: vita autē motū q̄ quieti similior: cur supra primam volubilem sphaeram, alii esse cœli immobiles a theologis perhibētur: in quibus potiusq; in primo mobili: primū motoris sedem, locū & mansionē rimantur: immutabili enti fixam pariter imotamq; sedem designantes. ¶ Dicimus rationabiliter oēm motum, conclusum esse in extrema hoc est in ima & summa quiete: sicuti & lumen cernimus claudī in extremis tenebris. Humanę quippe menti in deum nitenti: primę tenebrę imperfectę occurrunt: postea vero lumen: Deinde excellentes tenebrę in congressione mentis cum diuinitate illam excipiunt. Sic igitur & in vniuerso: competimus motum vallatū esse

Diuina
Sphaera
descrip
tio.

Illatio
dubietas

Ratio

Alia du
bitatio.

Ratio

Diuinorum Medicamentorū.

quiete. Imū sane & abiectissimū corporū vniuersi vt terra (quod est primū in deū subuehen-
dorum fulcimentū ac naturale scabellū) oīs motionis est expers, perfecta & priuatiua quie-
te semp̄ immotum. Cuncta vero media corpora que inter terrā & coeloz̄ supremum in quo
inhabitat deus versantur: seipsis aut in rectū aut in gyrū aguntur. Supra vero decimā spher-
am corpora quidē sunt aliqua: sed excellenter & nulla priuatiōe quieta, fixa, iugiter imota.
Hoc igit̄ pacto ab imo ad summū scandentes: & e terrē subsellio in supremū cœlū deum ve-
stigando, nitentes: a priuata & imperfecta quiete, per vitalem motū traducti: in excellentē
quietē relabimur: in qua satius q̄ in motu: ipsi deo primo motori cōgredimur. ¶ Diuin⁹ igit̄
locus est in circumferentiā & in cētro. Est in equatore & in polis. Est in extremis & in medio.
Est in velocitate & tarditate. Est in motu & quiete. Si in motu: in excellentissimo motu est vt
in suprema latōne. Si in quiete: in summa & sup̄ excellenti quiete eius cœli, quod supremā
latōne circūambit. Si in polis & in axe mūdi dicit̄ esse: vna cū orbe: cōsona latōne immot⁹
id est locū non demutans gyratur. Si vero esse dicitur in æquinoctiali: ipsam mundi spherā
circūducit, illi immotus cōtranitens. Est itaq; deus & mobilis & fixus: mouens oīa & mo-
uens seipsum: circūactus & ambulans: circūactus in axe mundi, ambulans & progrediens
in equatore. Est item & cōsonus & cōtrarius latōni vniuersi: cōsonus vt stans in axe & po-
lis mundi: cōtranitēs vero vt manens in æquinoctiali. Sed his de diuino loco dictis: de Quā
do dei pauca differamus.

De Quando dei. Cap. VIII.

Vando est deus?




Semper: nunq̄ supra vtrūq; in eternitate durans. Nam eodem mo-
do se habent ad deum, semper & nunq̄ secundum tempus: quo ad
eundem: vbicq; & nusq; secundū locum. Deus enim nec in loco est: nec
in tempore. Eminentior est omni locorum & temporum contrarieta-
te. Siquidem vt substantia immensus, transilit vbicq; & nusq; conglu-
bens in semetipso, eorum contrarietatem: vt vero durans in æterni-
tate temporis cōtraria: id est semper & nunq; transcendit eorumq; coincidentia appren-
dit. Sicut enim dicere deum vbicq; esse, nequaq; diuinam testatur immensitatem: ita & præ-
dicare illum semper esse: nullo pacto diuinā æternitatē concludit. Oīs em̄ locus seu totius
vniuersi moles: vix centrū diuinę immensitatis esse putatur. Omne quoq; tēpus totiusq; mū-
di duratio, minori proportione ad eternitatē refertur: q̄ cētrū ad immensam circumferentiam.
¶ Rursum sicut qui predicauerit deum nusq; esse: nihil diuinā minuit immensitatē: ita & q̄
eundem, nunq; esse affirmauerit: omniū tempoz̄ negatione, vix punctū a diuina eternitate
tollit. Excludit deū ab oī loco & mole totius vniuersi: nihil illum ab suę immensitatis sede ex-
turbabit. Exclusus pariter ille ab omni tēpore: haudquaq; ab eternitate depellitur. Deus igit̄
semper est: & nunq; est. Et supra vtrūq; eminet. Et amboꝝ coincidentia miro modo ap-
prehendit. ¶ Porro deus qui in tēpore non est sed in sola eternitate: agit in omni duratione id
est in eternitate, in quo, in tēpore, in instanti. In eternitate agit intra semetipsum: gignēs ac
spirans aliquid. Agit in instanti: creans angelos, materiā & rationales aīas. Agit in tēpore,
creans mundū: cui⁹ ornatū, sex dieb⁹ cōpleuit. Agit in quo: cōseruās immortalia & in cor-
ruptibilia entia: vt angelos materiā & ratiōales animas. Paulo itaq; latius se fundit diuina
actio: q̄ diuina substantia. Nā deus intra se est & extra se non est: qui tamen intra seipsum &
extra seipsum agit. Sed iam de diuina positione seu situ: sermo succedat.

De diuino situ. Cap. IX.



Vomodo est deus?

lacet, sedet, stat: & neq; iacet, neq; sedet, neq; stat. Nā in deo negatiōes afirmatiōibus nequaquam aduersant: quandoquidē si citra murū diuinę caliginis, in q̄ inhabitat deus: stat cōtrariōi & oīm oppositiōi coincidētia: hęc deus coincidētia longe intimior & abditior p̄ambit. Si hęc situū & positionū differentia: sedere, iacere, stare, solis corporibus & corporeis entib; accommodant: deus autē incorporeus: manifestū est deo inesse negatiōes harū positionū: & veraciter de illo cunctas corporeas pprietates: posse negari. Et rursus si quicquid visibilit & ad carnalis oculi iudiciū, effectib; adest: id inuisibiliter ip̄i causę p̄einesse cōiectandū: erit vt deus nullo horū careat, quorū participationē suis creaturis indulgit. Nā q̄ ip̄i oīm causę ab eō eminent p̄einsunt: hęc ip̄ius voluntate, scđm tps in creaturas sūt deriuata. Quia igit deo spiritaliter & secundū causam insunt terne positiones iacere, sedere, stare: earū fides ē ex factis eloquiis depromēda. De diuino em̄ somno habem; psal. q̄dragesimo tertio. Exurge q̄ re obdormis dñe: exurge & ne repellas in finē. & psal. lxxvii. Et excitat; ē tanq̄ dormiēs dñs: tāq̄ potēs crapulat; a vino. Et aliis ī locis q̄ plurimis: hūanę orōnes, deū q̄si somno oppressū excitare cōtendūt: eūq; quasi iacentē: vt in adiutoriū nostrū exurgat: pie inuitare molitur. De sessione autē dei: creberrima testimonia legunt. Tertū regū. xxii. Vidi dñm sedentē sup solū suū: & oīm exercitū cœli assistentē illi a dextris & a sinistris. Et psalmo cētesimonono. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Si em̄ fili; sedet in dextera dei p̄is: vtiq; & pat; sedere intelligit; q̄ vnigenito filio: & ab inferis, deuicta morte: & ab hoc mūdo (subacto hui; mūdi p̄ncipe) in cœlū remeāt: ad dexterā suā sedere donauit. Quā em̄ filiū diuinitas obtinuit ab æterno sedē: eādē humanitas verbo per tps sociata demū possedit. Et rursus mater filiorū Zebedei ad dñm. Dic vt hi duo filii mei, sedeāt vn; ad dexterā tuā & vn; ad sinistra ī regno tuo. Deinde Amē Amē dico vobis: cū sederit fili; hoīs in sede maiestatis suę: sedebitis & vos super duodecim sedes: iudicātes duodecim trib; israel. Et Baruch. iiii. Quia tu sedes in sempiternū: & nos peribimus in eū. Porro de statu & suprema dei positione Amos. ix. De statu Vidi dñm stātē sup altare. Et Zacharię. xiiii. Egrediet; dñs & p̄liabitur cōtra gēres. Et sta; dei. bunt pedes ei; in die illa supra mōtē oliuarū: q̄ est cōtra Hierusalēad orientē. Oīs igit positio & sit;: a factis eloquiis ascribit; deo. Sed quæ harū triū positionū ratio paulisper edisse: Triū positionū. Iacere positio ē & sit; noctis. Sedere mediōrū tēporū positio: id est matutina & vesp; tionū ratiō. Stare autē positio meridiana. Nā sicut statu, erigit; homo: ita & sol meridie, eleuat; tū. mus sup orientē. Extreme positiones iacere & stare: simplicib; lineis explicant;: vt lineis a b & c b: quæ adinuicem conflāt angulū rectū. Media autē positio quam sessionem vocamus:



fracta duplici & angulari lineavt linea e d b figurāda. Quæ illatio propi hęc positiones diuinā nobis vnitrinitatem, oculis subūciūt: hoc est cōiūctionē dei & discretionē eiusdē. Cōiūctionē quidē in vnitate substantiæ: discretionem vero in trinitatem personarū. Nam manifeste intuemur possibile esse: vt idem ens, immotus ab eodem loco pedibus: nunc iaceat; nunc seadeat, nunc stet. Tres enim lineæ a b, e d b & c b: eodem puncto b, quo pedes notantur adinuicem copulantur. Capitibus autem ac sūmitatibus: differētes esse cernuntur, id est p̄ctis a, e, c. Finge igit punctū b, id est pedes: esse diuinā substantiam seu vinculū & nodū triū personarū. Capita vero a, e, c: esse trium personarū pprietates: tunc aperte coniciēs deū, ab eodem loco & puncto suę diuinę substantiæ & coniuñctionis immotū: trina positioe variari: trīnster esse differentē in tria supposita absq; sui diuisionē discerni. Post hęc diuina positione discussa: in habitū dei nostra conuertatur oratio.

Diuinorum Prædicamentorū.

De diuino habitu, Cap. X.

Vis habitus est deus



Esaias.

Hieremias.

Qui habitus diuini.
Precipui habitus dei lumen & tenebrae.
Illatio.

Alia illatio.

Lumen. Deus enim amictus est lumine, sicut vestimeto. Nam psalmo ceteresimo tertio id habet. Confessione & decoro induisti: amictus lumine sicut vestimeto. Et rursus psalmo eodem. Abyssus sicut vestimetur amictus eius. Et Esaię quinquagesimo nono. Indutus est iustitia ut lorica: & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis: & operatus est quasi pallio cœli. Et eiusdem sexto. Vidi dominum sedentem, super solium excelsum: & Seraphim stabant iuxta illud: sex alę vni: & sex alę alteri. Duabus velabant faciem eius: & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. Deinde & quod posuit tenebras latibulum suum. Et in lamentationibus. Hieremias. Opposuit nubem tibi: ne transfiret oratio. Et in consecratione templi: tertii regum. viii. Nebula impleuit domum domini: & non poterant sacerdotes stare & ministrare prope nebula. Impleuerat enim gloria domini, domum domini. Tunc ait Salomō. Dominus dixit ut habitaret in nebula. Et in exitu Israel de ægypto: antecedebat deus populum optus in die columna nubis: & in nocte columna ignis. Et psalmo quadregesimo nono. Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. **Q**ui igitur habitus dei: hæc vestimenta & velamina diuinæ substantiæ: lumen, abyssus, confessio, decor, lorica iustitiæ, galea salutis, vestimenta vltionis, pallium cœli, alę Seraphim, tenebræ, nubes, ignis, columna ignis & nubis: tempestas valida illum circumstant. **P**recipui tamen & vltissimi habitus dei: sunt lumen & tenebræ, lumen secundum affirmationem & humanum modum: tenebrę vero secundum negationem & excellentiam. Humano quippe & mediocri iudicio deus luminis quod tenebris similior putatur. Attamen quia humanę mentis captus finitum duxat & mediocre lumen comprehendit: hinc diuinę lucis immensitas, humanę collata infirmitati: quæ runda tenebrarum & inscrutabilis abyssi subit nomen. **Q**uo fit ut deus inter se diuerso & versicolori habitu, humanę mentis reuelatur: nunc in lumine, nunc in tenebris. Inchoas enim humana mens, ut prædiximus ab inanis & simplicissimis tenebris (quæ reuera tenebrę sunt & luminis subsunt) proficit per mediocre finitum & temperatum lumen: in quo quoadiu immoratur: non dum deum videt: non dum eminentissimis illius radiis: in penetrali ignota extasi & archana coniunctione feritur. Demum tamen liques omne lumen & cuiusuis scientię terminos: in summas illas & altissimas tenebras scendit: in quibus deus & oculis & reuelatur. Harum enim sublimium tenebrarum mentalis habitus: docta ignorantia appellatur: quæ ut docta, deum prædit atque insinuat: ut vero ignorantia oculis eundem. **F**it iterum ut in diuinam agnitionem assequenda: contingat eius oppositum, quod in angelicę & humanae mentis creatione. Nam creauit deus duas mentes, ut duo genera luminaria: circa tenebras, id est circa sensibiles creaturas locata. Sensibiles enim creature, expertes diuinę scientię: tenebræ quodam sunt. Angelica autem & humana mentes: sunt luminaria vniuersi preter omnes & post omnia creata. Sicut igitur deus in creatione vniuersorum: a lumine, per tenebras, processit in lumen: id est ab angelicę mentis, per sensibiles creaturas: in humanam mentem: ita & ex opposito humana mens scendens in deum: a tenebris, per lumen in tenebras processit. A tenebris quidem pure & simplicis ignorantię: per lumen humanę scientię, in tenebras doctę ignorantię siue ignorantis doctrine: in quod deus ut diximus & ignorans & scit. Ibi enim in progressionem dei omnia creatis extrema sunt lumina, medię tenebrę. Hic vero in humanę mentis subuectione & scientifico progressu: extreme tenebrę mediū lumen. Sed de diuino habitu & diuinis prædicamentis hætenus.

Libelli de diuinis prædicamentis Finis, Anno domini. M. CCCC.
XII. quarta die Februarii Aediti apud Carolopontē
in ædibus Reuerendi in Christo patris domini Caroli
de Gelis Nouiodunensis antistitis.